vacando ad tempus et si vacare contingeret nec propter continentiam vel otium in bello dicamini negligentes in idipsum citissime revertendo ut laudabilem vitam pre aliis gentibus deferentes victoriam valeatis pro diademate reportare semper Iohannem caput nostrum in bello secure clamantes ob cuius reverentiam alia vice captos a nobis senenses remisimus absolutos.

Cum autem placuisset cunctis universis oratio. spiritus fortitudinis quasi de alto in unumquemque descendit et similiter cor ardens in quemquam et audaces effecti ut accipiter super avem sunt omnes incontinenti armis induti precurrere invicem alterantes. Interim stantes in castris cum vidissent turbam militum venientem bellum cum senensibus inceperunt. quo durante